

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

M. Tvllii Ciceronis Orationvm Pars ...

Cicero, Marcus Tullius

Coloniae Agrippinae, 1629

Pro c. rabirio perdvellionis reo, ad quirites


[urn:nbn:de:bsz:31-116557](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-116557)

ORATIO

16 me consule dimoueri, praesertim cum vobis nihil
 quaratur. * hoc enim vos in errore versari diuisus
 non oportet. num quis vestrum ad vim, ad facinus,
 ad eadem accommodatus est? nemo. atqui ei generi
 hominum, mihi credite, Campanus ager, & pracla-
 ra illa Capua seruetur: exercitus contra vos, con-
 tra libertatem vestram, contra Cn. Pompeium con-
 stituitur: contra hanc urbem Capua, contra vos
 manus hominum audacissimorum, contra Cn. Pom-
 peium decem duces comparantur, veniant coram:
 & quoniam me in vestram concionem vobis flagi-
 tantibus conuocauerunt, differant.

PRO C. RABIRIO
 PERDVLLIONIS
 reo, ad Quirites.

ORATIO XIII.

I  TSI, Quirites, non est mea consue-
 tudinis, initio dicendi, rationem
 reddere, qua de causa quaque de-
 fendam: propterea quod cum om-
 nibus ciuibus in eorum periculis sem-
 per satis iustam mihi causam necessitudinis esse
 duxi: tamen in hac defensione capitis, fama, fortu-
 natum omnium C. Rabirij, proponenda ratio
 vide-

PRO C. RABIRIO.

videtur esse officij mei : propterea quod qua iustif-
 fima mihi causa ad hunc defendendum esse visa
 est, eadem vobis ad absoluendum debet videri. * 2
 nam me cum amicitia vetustas, tum dignitas ho-
 minis, tum ratio humanitatis, tum mea vita per-
 petua consuetudo, ad C. Rabirium defendendum,
 est adhortata: tum vero, ut id studiosissime face-
 rem, salus reip. consulare officium, consulatus de-
 nique ipse mihi vna vobiscum cum salute reipubl.
 commendatus coegit. non enim C. Rabirium cul-
 pa delicti, non invidia, vitaeque turpitude, non
 denique veteres, iusta, grauesque inimicitia ciuium
 in discrimen capitis vocauerunt: sed, ut illud
 summum auxilium maiestatis atque imperij,
 quod nobis à maioribus est traditum, de rep. tol-
 leretur: ut nihil post hac auctoritas senatus, nihil
 consulare imperium, nihil consensus bonorum con-
 tra pestem, ac perniciem ciuitatis valeret, iccirco
 in his rebus euertendis vnus homines senectus, in-
 firmitas, solitudo, tentata est. * quamobrem si est 3
 boni consilij, cum cuncta auxilia reip. labefactare
 conuelliue videat, ferre opem patria, succurrere
 saluti fortunisque communis, implorare ciuium
 fidem, suam salutem posteriorem salute communi
 ducere: est etiam bonorum, & fortium ciuium,
 quales vos omnibus reip. temporibus extitistis, in-
 tercludere omnes seditionum vias, munire praesidia
 reip. summum esse in consulibus imperium, sum-
 mum in senatu consilium putare: ea qui securus
 sit, laude potius & honore, quam poena & supplicio
 dignare

ORATIO

4 dignum iudicare. * quamobrem labor in hoc defendendo precipue meus est. studium verò conseruandi hominis commune mihi vobiscum esse debet. sic enim existimare debetis, Quirites, post hominum memoriam rem nullam maiorem, magis periculosam, magis ab omnibus vobis prouidendam, neque à tribuno pleb. susceptam, neque à consule defensam, neque ad populum Rom. esse delatam. agitur enim nihil aliud in hac causa, Quirites, quam ut nullum sit posthac in rep. publicum consilium, nulla honorum consensio contra improborum furorem & audaciam, nullum extremis reip. temporibus periculum, & presidium salutis. * qua cum ita sint, primum, quòd in tanta dimicatione capitis, fama, fortunarumque omnium feri necesse est, à Ioue Optimo Maximo, ceterisque dÿs, deabusque immortalibus, quorum ope, & auxilio multò magis hac resp. quàm ratione hominum, & consilio gubernatur. pacem ac veniam peto, precorque ab ðs, ut hodiernum diem & ad huius salutem conseruandam, & ad temp. constituendam illuxisse patiantur: deinde vos, Quirites, quorum potestas proximè ad deorum immortalium numen accedit, oro atque obsecro, quoniam vno tempore vita C. Rabirij, hominis miserissimi & innocentissimi, salus reip. vestris manibus suffragijsque permittitur, adhibeatis in hominis fortunis misericordiam, in reip. salute sapientiam, quam soletis. * Nunc quoniam, T. Labiene, diligentia mea temporis angustijs obstitisti, neque ex comparato & constituto spatio defensionis

PRO C. RABIRIO *

in semihora curriculum coegisti: parebitur, & quod
 iniquissimum est accusatoris conditioni: &, quod
 miserimum, inimici potestati. quanquam in hac
 prescriptione semihora patroni mihi partes reliqui-
 sti, consules ademisti: propterea quodd ad defenden-
 dum propemodum satis erit hoc mihi temporis, ve-
 rum ad conquerendum parum. * Nisi forte de locis 7
 religiosis, ac delubris quos ab hoc violatos esse dixi-
 sti, pluribus verbis tibi respondendum putas. quo in
 crimine nihil est unquam abs te dictum, nisi, a C.
 Marco obiectum esse crimen id C. Rabirio. in quo
 ego demiror, meminisse te, quid obiecerit C. Rabirio
 Macer inimicus: oblitum esse, quid equi & iurati
 iudices iudicarent. An de peculatu facta, an de ta-
 bulario incensa longa oratio est expromenda? quo
 in crimine propinquus C. Rabirij, iudicio claris-
 simo, C. Curtius pro virtute sua, est honestissime
 liberatus: ipse vero Rabirius non modo in iudi-
 cium horum criminum, sed ne in tenuissimam qui-
 dem suspicionem verbo est unquam vocatus. * An 8
 de sororis filio diligentius respondendum est, quem
 ab hoc necatum esse dixisti, cum ad iudicij moram
 familiaris funeris excusatio quaeretur? quid enim
 est tam verisimile, quam chariorem huic sororis
 maritum, quam sororis filium fuisse? atque ita cha-
 rtiorem, ut alter vita crudelissime priuaretur, cum al-
 teri ad prolationem iudicij biduum quaeretur? An de
 servis alienis contra legem Fabiam retentis, aut de ci-
 uibus Ro. contra legem Portiam verberatis, aut neca-
 tis, plura dicenda sunt? cum tanto studio C. Rabirius

totius Apulia, singulari voluntati Campania vicini-
 tatis ornetur? cumq; ad eius propulsandum pericu-
 lum non modò homines, sed propè regiones ipsa
 conuenerint, aliquanto etiam latius excitata,
 quã ipsius vicinitatis nomen ac termini postulabunt?
 Nam quid ego ad id longam orationem comparem,
 9 quod est in eadem multa irrogatione perscriptum,
 hunc nec sua, nec aliena pudicitia pepercisse? quine-
 tiam suspicor eò mihi semihoram à Labieno presti-
 tutam esse, vt ne plura de pudicitia dicerem, ergo ad
 hac carmina, qua patroni diligentiam desiderant.
 intelligis mihi semihoram istam nimium longam
 fuisse. Illam alteram partem, de nece Saturni,
 nimis exiguam atque angustam esse voluisti: qua
 10 non oratoris ingenium, sed consulis auxilium implo-
 rat, & flagitat. * nam de perduellionis iudicio,
 quod à me sublatum esse criminari soles, meum cri-
 men est, non Rabirij, quod vtinam, Quirites, ego id
 aut primus, aut solus ex hac rep. sustulisset: vtinam,
 quod ille crimen esse vult, proprium testimonium
 mea laudis esset, quid enim optari potest, quod ego
 mallem, quàm me in consulatu meo carnificem de
 foro, crucem de campo sustulisse? sed ista laus pri-
 mùm est maiorum nostrorum, Quirites, qui, expul-
 sis regibus, nullum in libero populo vestigium crude-
 litatis erga retinuerunt: deinde multorum virorum
 fortium, qui vestram libertatem non accerbitate sup-
 pliciorum ingestam, sed lenitate legum munitam esse
 11 voluerunt: * quamobrem vter nostrum tandem, La-
 biene, popularis est: tunc, qui ciuibus Rom. in concio-

PRO C. RABIRIO.

ne ipsa carnificem, qui vincla adhiberi putas oportere: qui in campo Martio, comitijs centuriatis, auspiciato in loco, crucem ad civium supplicium desigi, & confitui iubes: an ego qui funestari concionem contragatione carnificis veto? qui expiandum forum populi Rom. ab illis nefarijs sceleris vestigijs esse dico? qui castam concionem, sanctum campum, inviolatum corpus omnium civium R. integrum ius libertatis defendo servari oportere? * popularis vero tribunus pleb. custos, defensorq; iuris & libertatis. Portia lex virgas ab omnium civium Roman. corpore amovis: hic misericors flagella retulit. Portia lex libertatem civium licitori eripuit: Labienus homo popularis carnifici tradidit. C. Gracchus legem tulit, ne de capite civium Rom. iniussu vestro iudicaretur: hic popularis, à duumviris iniussu vestro non iudicari de civis R. sed indicta causa civem R. capitis condemnari coegit. * tu mihi etiam legi Portia. tu C. Gracchi, tu horum libertatis, tu cuiusquam denique hominis popularis mentionem facias, qui non modò supplicijs inusitatis, sed etiam verborum inaudita crudelitate violare libertatem huius populi, tentare mansuetudinem, commutare disciplinam conatus es? namq; haec tua sunt, quae te hominem clementem popularemq; delectant: Illictor, colliga manus quae non modò huius libertatis, mansuetudinisq; non sunt, sed ne Romuli quidè, aut Numa Pompiliij, sed Tarquinij superbissimi, atq; crudelissimi regis, ista sunt cruciatu carmina: quae tu, homo lenis ac popularis libentissimè commemoras: Caput obnubito, arbori infelici

ORATIO

suspendito: qua verba, Quirites, iam pridem in hac rep. non solum tenebru vetustatis, verum etiam luce libertatis oppressi sunt. * an verò, si actio illa popularis esset, etsi illam partem aequitatis haberet, ausuris, C. Gracchus eam reliquisset? scilicet tibi gratiorem dolorem patruui tui mors attulit, quam C. Graccho fratris: & tibi acerbior eius patruui mors est, quem nunquam vidisti, quam illi, eius fratris, qui cum concordissimè vix erat. & similis viri tu vltimè patruui mortem, atque ille persequeretur fratris sui, si ista ratione agere voluisset? & par desiderium sui reliquit apud pop. R. Labienus iste patruus vester quisquis fuit, ac Ti. Gracchus reliquerat? an pietas tua maior, quam Gracchi? an animus? an consilium? an opes? an auctoritas? an eloquentia? qua si in illo minima fuissent, tamen pro tuis facultatibus maxima putarentur. * cum verò his reb. omnibus C. Gracchus omnes vicerit, quantum interuallum tandem inter te atque illum interiectum putas? sed moreretur prius acerbissima morte millies Gracchus, quam in eius concione carnifex consisteret: quem non modò foro, sed etiam cælo hoc, ac spiritu censoria leges atq; vrbis domicilio carere voluerunt. hic se popularem dicere audet, me alienum à commodis vestris? cum iste omnes, & suppliciorum, & verborum acerbitates non ex memoria vestra, ac patrum vestrorum, sed ex annalium monumentis, atq; ex regum commentarijs conquisierit: ego omnibus meis opibus, omnibus consilijs, omnibus dictis, atque factis repugnarem, & resisterem crudelitari? nisi fortè hanc conditionem vo-

PRO C. RABIRIO.

bis esse vultis, quam serui, si libertatis spem pro-
 posuam non haberent, ferre nullo modo possent. * 16
 misera est ignominia iudiciorum publicorum, mi-
 sera multatio bonorum, miserum exitium: sed
 tamen in omni calamitate retinetur aliquod ve-
 stigium libertatis, mors denique si proponitur, in
 libertate moriamur. carnifex vero, & obductio
 capitis, & nomen ipsum crucis absit, non modo
 à corpore ciuium R. sed etiam à cogitatione, ocu-
 lis, auribus: harum enim omnium rerum non so-
 lum euentus, atque perpesio, sed etiam condi-
 tio, expectatio, mentio ipsa denique indigna ci-
 uis R. atque homine libero est, an vero seruos nostros
 horum suppliciorum omnium metu dominorum
 benignitas vna vindicta liberabit: nos à verberibus,
 ab vnco, à crucis denique terrore, neque res gesta,
 neque acta atas, neque nostri honores vindicabunt?
 * quam obrem fateor, atque etiam, T. Labiene, profi- 17
 teor, & pra me fero, te ex illa crudeli, importuna
 non tribunitia actione, sed regia, meo consilio, vir-
 tute, auctoritate esse depulsum, qua tu in actione
 quanquam omnia exempla maiorum, omnes leges,
 omnem auctoritatem senatus, omnes religiones, atque
 auspicioꝝ publica iura neglexisti: tamen à me hoc 18
 in hoc tam exiguo meo tempore non audies. liberum
 tempus nobis dabitur ad istam disceptationem. * nunc
 de Saturnini crimine, ac de clarissimi patris tui
 morte dicemus. Arguis, occisum esse à C. Rabirio, L.
 Saturninum. & id C. Rabirius multorum testimonijs,
 Q. Hortensio copiosissime defendente, antea falsum
 esse

ORATIO

esse docuit. ego autem, si mihi esset integrum, susci-
perem hoc crimen, agnoscerem, confiterer. utinam
hanc mihi facultatem causa concederet, ut possem
hoc predicare, C. Rabirij manu L. Saturninum, ho-
stem populi Ro. interfectum. nihil me clamor iste
commouet, sed consolatur: cum indicat esse quos-
dam ciues imperitos, sed non multos. nunquam,
mibi credite, populus Rom. hic, qui silet, consulem
me fecisset, si vestro clamore perturbatum iri ar-
bitraretur. quanto iam leuior est acclamatio, quin
continentis vocem indicem stultitia vestra, restem
19 paucitatis? * libenter, inquam, confiterer, si vere
possem, aut etiamsi mihi esset integrum, C. Rabirij
manu L. Saturninum esse occisum: & id facinus
pulcherrimum esse arbitrarer. sed quoniam id fa-
cere non possum, confitebor id, quod ad laudem mi-
nus valebit, ad crimen non minus. confiteor, interfi-
ciendi Saturnini causa C. Rabirium arma cepisse.
quid est Labienus? quam a me grauiorem confesio-
nem, aut quod in hunc maius crimen expectas? nisi
verò interesse aliquid putas inter eum, qui hominem
occidit, & eum, qui cum telo occidendi hominis causa
fuit, si interfici Saturninum nefas fuit: arma sumpta
esse contra Saturninum sine scelere non possunt. si ar-
ma iure sumpta concedis: interfectum iure concedam,
necesse est.

Pauca quadam deesse videntur.

* sic. S. C. ut C. Marius, L. Valerius consules adhiberent
20

PRO C. RABIRIO.

tribunos pl. & pratores, quos eis videretur: operamque darent, ut imperium populi R. maiestasque conservaretur. adhibent omnes tribunos pl. prater Saturninum. omnes pratores prater Glauciam: qui temp. saluam esse vellent, arma capere, & se sequi iubent: parent omnes ex adificijs armamentarijsque publicis arma populi Rom. C. Mario consule distribuyente dantur. hic tam, ut onittam cetera, de te ipso, Labiene, quero: cum Saturninus Capitolum teneret, armatus esset vna C. Glaucia, C. Saufeius, etiam ille ex compedibus, atque ergastulo Gracchus: addam (quoniam ita vult) eodem Q. Labienum patrum tuum: in foro autem C. Marius, & L. Valerius Flaccus consules, post cunctis senatus, atque ille senatus, quem etiam vos ipsi, qui hos patres conscriptos, qui nunc sunt, in inuidiam vocatis, quo facilius de hoc senatu detrahere positis, laudare consuevistis: cum equester ordo, atque quorum equitum R. dij immortales? patrum nostrorum, atque eius aetatis, qua tum magnam partem reip. atque omnem dignitatem iudiciorum tenebat: cum omnes omnium ordinum homines, qui in salute reip. salutem suam repositam esse arbitrabantur, arma cepissent: quitandem C. Rabirio faciendum fuit? de te ipso, inquam, Labiene, quero: cum ad arma consules ex S. C. vocauissent: cum armatus M. Aemilius princeps senatus in Comitio constitisset: qui cum ingredi vix posset, non ad insequendum sibi tarditatem pedum, sed ad fugiendum

O R A T I O

dum impedimento fore putabat: cum denique Q.
 Scauola confectus senectute, praepeditus morbo,
 mancus, & membris omnibus captus, ac debilis,
 hastili nixus, & animi vim, & infirmitatem cor-
 poris ostenderet: cum L. Metellus, Seruius Galba,
 C. Serranus, P. Rutilius, C. Fimbria, Q. Catulus,
 omnesque qui tum erant consulares, pro salute com-
 muni arma cepissent, cum omnes pratores, cum
 ista nobilitas, ac iuuentus accurreret, cum
 Mitius, L. Crassus, Q. Mutius, C. Claudius,
 M. Drusus: cum omnes Octauus, Metelli, Iulij, Cas-
 siji, Catones, Pompeij, cum L. Philippus, L. Scipio,
 cum M. Lepidus, cum D. Brutus, cum hic ipse P.
 Seruilius, quo tu impera ore, Labiene, merui-
 sti, cum hic Q. Catulus admodum tum adole-
 scens, cum hic C. Curio, cum denique omnes cla-
 rissimi viri cum consulibus essent: quid tandem
 C. Rabirium facere conuenit? vtrum inclusum at-
 que abditum latere in occulto, atque ignauiam su-
 am tenebrarum, ac parietum custodijs tegere: an
 in Capitolium pergere, atque ibi se cum tuo pa-
 truo, & ceteris ad mortem propter vix turpitudi-
 nem confugientibus congregare? an cum Mario,
 Scauro, Catulo, Metello, Scauola, cum bonis de-
 nique omnibus coire, non modo saluus, verum eti-
 am periculi societatem? * tu denique? cum igna-
 ratio te in fugam, atque in latebras impelleret:
 improbitas, & furor L. Saturnini in Capitolium
 arces-

PRO C. RABIRIO,

arceseret : consules ad patriam salutem, ac libertatem
 vocarent : quam tandem auctoritatem, quam
 vocem, cuius sectam sequi, cuius imperio parere
 potissimum velles? patruus, inquit, meus cum Sa-
 turnino fuit. quid Pater? qui cum? quid propinqui
 vestri equites R.? quod omnis praefectura, regio, vicini-
 tas vestra? quid ager Picenus uniuersus, vtrum
 tribunitium furorem, an consularem auctori-
 tatem secutus est? * equidem hoc affirmo, quod tu²³
 nunc de tuo patruo praedicas, neminem unquam
 adhuc de se esse confessum. nemo est unquam inuen-
 tus tam prostrigatus, tam perditus, tam ab omni
 non modo honestate, sed etiam simulatione hone-
 staturus relictus, qui se in Capitolio fuisse cum Satur-
 nino fateietur. at fuit vester patruus, fuerit, &
 fuerit nulla desperatione rerum suarum, nullis do-
 mesticis vulneribus coactus : induxerit eum L. Sa-
 turnini familiaritas, ut amicitiam patriam propo-
 neret : igitur oportuit C. Rabirium desciscere
 a rep.? non comparere in illa armata multitudo
 bonorum? consulum voci, atque imperio non obedi-
 isse? * atque videmus haec in rerum natura tria fu-²⁴
 isse, ut aut cum Saturnino esset, aut cum bonis, aut
 lateret, latere, mortis erat instar turpissima : cum
 Saturnino esse furoris, & sceleris : virtus, & hone-
 stas, & pudor, cum consulibus esse cogebat. hoc tu
 igitur in crimen vocas, quod cum his fuerit C.
 Rabirius, quod amentissimus fuisset, si oppugnas-
 set : turpissimus, si reliquisset? at C. Decianus,
 de quo

ORATIO

de quo tu sæpè commemoras, quia cum hominem omnibus insignem notis turpitudinis P. Furium accusaret summo studio bonorum omnium, quæri est ausus in concione de morte Saturnini, condemnatus est: & Sex. Titius, quod habuit imaginem L. Saturnini domi suæ, condemnatus est. statuerunt equites R. illo iudicio, improbum ciuem esse, & non retinendum in ciuitate, qui hominis hostilem in modum seditiosi imagine aut mortem eius honestaret, aut desideria imperitorum misericordia commoueret, aut suam significaret imitanda improbitatis voluntatem. itaque mihi mirum videtur, vnde hanc tu, Labiene, imaginem, quam habes, inueneris: nam Sex. Titio damnato, qui istam habere auderet, inuentus est nemo. quod tu si audisses, aut si per atatem scire potuisses: nunquam profectò istam imaginem, qua domi posita pestem, atque exilium Sex. Titio attulisset, in Rostra atque in concionem attulisses, nec tuas vnuquam rationes ad eos scopulos appulisses, ad quos Sex. Titij afflictam nauem, & in quibus C. Deciani naufragiū fortunarum videres. sed in his rebus omnibus imprudentia laberis: causam enim suscepisti antiquiorem memoria tua: qua cæssa antè mortua est, quæ tu natus esses. qua in cæssa iute profectò fuisses, si per atatem esse potuisses: eam causam in iudicium vocas. an nō intelligis primū quos homines, & quales viros mortuos summi sceleris arguas: deinde, quot ex his, qui viuunt, eodem crimine in summum capitis periculum arcessas? nam si C.

Rabirius

PRO C. RABIRIO.

Rabirius fraudem capitale[m] admisit, quod arma
 contra L. Saturninum tulit: huic quidem asseret a-
 liquam deprecationem periculi, atas illa, qua tum
 fuit: Q. verò Catulum, patrem huius, in quos summa
 sapientia, excimia virtus, singularis humanitas fuit:
 M. Scaurum, illa grauitate, illo consilio, illa prudētia:
 duos Mutios, L. Crassum, M. Antonium, qui tum ex-
 tra urbem cum praesidio fuit, quorum in hac ciuitate
 longè maxima consilia atq[ue] ingenia fuerunt: ceteros,
 pari dignitate praeditos custodes gubernatoresq[ue], reip.
 quemadmodum mortuos defendimus? * quid de illis 27
 honestissimis viris, atq[ue] optimis civibus equitibus Rom.
 dicemus, qui tum vna, cum senatu salutem reip. de-
 fenderunt? quid de tribunis ararijs, ceterorumq[ue], ordi-
 num omnium hominibus, qui tum arma pro commu-
 ni libertate coeperunt? sed quid ego de ijs omnibus,
 qui consulari imperio paruerunt, loquor? ideo ipsorum
 consulum fama quid futurum est? L. Flaccum homi-
 nem cum semper in rep. tum in magistratibus geren-
 dis, in sacerdotio, ceremonijsq[ue], quibus praeerat, diligen-
 tissimum, nefarij sceleris, ac parricidij mortuum con-
 demnabimus? adiungemus ad hanc labem, ignomina-
 amq[ue], mortis etiam C. Marij nomen? C. Marium, quem
 vere patrem patriae, parentem, inquam vestra liberta-
 tis, atq[ue] huiusce reip. possumus dicere, sceleris, ac par-
 ricidij nefarij mortuum condemnabimus? * etenim 28
 si C. Rabirio, quod ijt ad arma, crucem T. Labienus in
 campo Martio desigendam putauit: quod tandem ex-
 cogitabitur in eum supplicium, qui vocauit? ac si fides
 Saturnino data est, quod abs te sapissime dicitur: non

©

e am

ORATIO

eam C. Rabirius. sed C. Marius dedit, idemq; violavit,
 si in fide non stetit. quae fides, Labiene, qui potuit sine
 S. C. dari? ad eone hospes huiusce urbis, ad eone igna-
 rus es disciplina consuetudinūq; nostrae, ut hac nesci-
 as? ut peregrinari in aliena ciuitate, non in tua ma-
 29 gistratum gerere videare? * quid iam ista C. Marius,
 inquit, nocere possum? quomam sensu, & vita caret?
 itane verò? tantis in laboribus C. Marius periculūq;
 vixisset, si nihil longius, quam vita termini postulabās
 spe atque animo de se, & gloria sua cogitasset? at cro-
 do, cum innumerabiles hostium copias in Italia su-
 didisset, atq; obsidione temp. liberasset, omnia sua secum
 vnā moritura arbitratur, non est ita. Quirites: na-
 que quisquam nostrū in reip. periculis cum laude ac
 virtute versatur, quin spe posteritatis fructūq; du-
 catur. itaque cum multis alijs de causis virorum bo-
 norum mentes diuina mihi atque aeterna videntur esse,
 tum maxime quod optimi & sapientissimi cuius-
 que animus ita praesentis in posterum, ut nihil nisi
 30 sempiternum spectare videatur. * quapropter equi-
 dem & C. Marij, & ceterorum virorum sapientissi-
 morum, ac fortissimorum ciuium mentes, quae mihi
 videntur ex hominum vita ad deorum religionem &
 sanctimoniam demigrasse, tester, me pro illorum fa-
 ma, gloria, memoria non secus, ac pro patrijs fanis, at-
 que delubris, propugnandum putare. ac si pro illorum
 laude mihi arma capienda essent, non minus strenuē
 caperem, quā illi pro communi salute ceperunt. ete-
 nim, Quirites, exiguum nobis vitae curriculum natura
 circumscript, immensum gloria. quare si eos, qui
 iam

PRO C. RABIRIO,

iam de vita decesserunt, ornabimus: iustiorum nobis
mortu conditionem relinuemus, sed si illos, Labiene,
quos iam videre non possumus, negligis: ne hu quidem,
quos vides, consuli putas oportere? neminem esse di-
co ex his omnibus, qui illo die Romae fuerint, quem tu
diem in iudicium vocas, pubesque tum fuerit, quin
arma ceperit, qui consules secutus sit. omnes h, quo-
rum tu ex astate coniecturam facere potes, quid tunc
fecerint, abs te rei capitis, C. Rabirij nomine, citan-
tur. ac occidit Saturninum Rabirius, utinam fecisset:
non supplicium deprecarer, sed praemium postularems.
etenim si Siava, seruo Q. Crotonis, qui occidit L. Sa-
turninum, libertas data est: quod equiti Rom. premi-
um dari par fuisse? Et si C. Marius, quod fistulas, qui-
bus aqua suppedibatatur Iouis Opt. Max. templis ac
sedibus, praecidi imperarat, quod in cliuo Capitolina
improborum civium multitudo sese collocaret, tempus
servasse ab uniuerso senatu indicatus est: cur
supplicium in eum constitueretur,
qui improborum ducens
sustulisset?

Multa ad semihoram deesse possunt.